



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Theologia|| Iuridica,|| Sev Ius Civile Theologicvm,||**

**Fickler, Johann Baptist**

**Dilingæ, 1575**

**VD16 F 976**

Quibus ex causis inter quasdam personas prohibeatur matrimonium.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63414](#)

**QVIBVS EX CAVSIS  
INTER QVASDAM PERSONAS  
prohibeatur Matrimonium.**

IVSTINIAN. IMP. IN L. SI QVIS  
aluminam, C.de nupt.

Prohibet Imperator matrimonium contrahere cum filia adoptina, etiam emancipata, & cum extra-  
rea, quam quis de sacra fonte leuauit. Matrimoniu-  
m quibus casibus sit prohibi-  
bitum.

Nec enim, inquit, homo sic impius inueni-  
tur, vt quam ab initio loco filiae habuit, eam  
postea in suo collocet matrimonio. Post hæc. Ea  
videlicet persona omnimodo ad nuptias ve-  
niere prohibenda, quam aliquis, siue alumna  
sit, siue non, à sacro sancto suscepit baptismate:  
cum nihil aliud sic inducere potest paternam  
affectionem, & iustum nuptiarum prohibitio-  
nem, quam huiusmodi nexus, per quem Deo  
mediante, animæ eorum copulatæ sunt.

VALENTINIAN. THEODOS. ET ARCAD.  
A.A. in l. fratis. C. de incest. & inut. nupt.

Fratris vxorem ducendi, vel duabus sorori-  
bus coiungendi, penitus licentiam summo-  
uemus, nec dissoluto quocunq; modo coniu-  
gio. Huc addit Salycet. Licet fratriis vxor virgo  
permanserit.

IVSTINIAN. IMP. IN LIB. I. INST.

De nupt. §. ergo non omnes.

Prohibet ascendentibus cum descendantibus, natura-  
li, vel adoptionis vinculo coniunctis, nuptias cele-  
bare, etiam si emancipatione soluta sit adoptio. Hinc  
Hh est



Adam si viueret, non posset  
ducere uxorem, propter linea<sup>m</sup> ascendentis ac de-  
scendentis prohibitionem infinitam, glo. in d. §. Et in  
hac parte plus iusto prolixiores sumus, breuer sa-  
dum est, quotiescumq; matrimonium contra legem  
terdicta contractum fuerit, ibi neque nuptiarum,  
que viri, neq; uxoris, neque dotis plumbus s<sup>e</sup>  
appellationem: ad hæc contrahentes penas varias  
currere, ut Imp. ait in § si aduersus Inst. eod. in. I.  
recteris impedimentis copiose tractatur in Justinian.  
C. & Auth. tit. de nupt. & C. de incest. & m<sup>er</sup>  
& C. de interdict. matrim. &c.

## MATRIMONIVM NON ADMITTERE CON- CUBINATVM.

IVSTINIAN. IMP. IN L. VI. IN §.  
C. commun. de manumiss. &c.

Vxori simili  
& concubinā  
habere non li-  
cet.

Hominibus vxores habentibus cogni-  
tas habere, nec antiqua, nec recentia  
iura concedunt.

CONSTANTIN. IMP. IN L. VII.  
C. de concubin.

NEmini licentia concedatur, constan-  
trrimonio concubinam penes se habere.

IDE M IMP. IN L. I. C. DE  
natural. liber. &c.

Concubinis  
non posse do-  
nari.  
Concubina-  
rum veneno

VEtat nec ipsis concubinis aliquid relinq<sup>ui</sup>re  
donari, vel ficto titulo vendi, vel conce<sup>re</sup>re  
barum venenis infici animos perditorum, ait, et c.  
p. 10

